

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

## Rapina a

Unde Augustinus:

‘Si cum Diabolo ardere debet, qui nudum non vestivit,  
ubi putas ardebit qui expoliavit?’

*Scotichronicon*, 8.60 Notes (Watt ed., vol.4, p.591, n.25).

[Source not found.]

Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam,  
ubi putas mittendus est qui inuasit alienam?  
Si cum dyabolo ardere habet qui nudum non uestiuit,  
ubi putas arsurus est qui expoliauit?

Hoc loco diligenter adtendat caritas vestra:  
si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam,  
putas ubi mittendus est, qui invasit alienam?  
si cum diabolo ardere habet, qui nudum non vestivit,  
putas ubi arsurus est, qui expoliauit?

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 154.2 (CCSL 104, G. Morin ed., p.630).

Non nocent mala preterita si non placent.

Augustinus de uerbis Domini capitulo XX.

*Manipulus florum*, Rapina a

Non enim nocent mala praeterita, si non placent:  
adhuc enim est paenitendi et corrigendi locus.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 154.4 (CCSL 104, G. Morin ed., p.630).